



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Diplomatvm Belgicorvm Libri Dvo

Le Mire, Aubert

Brvxellis, 1627

33. Conradus Comes Lucelemburgensis, in opido Lucelemburgo,
Benedictinis sodalibus an. 1083. Munsteriense B. Mariae coenobium
construit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10903

CAPVT XXXIII.

*Conradus Comes Lucelemburgensis in opido Lucelemburgo, Bene-
dictinis sodalibus an. 1083. Munsteriense B. Mariae
cœnobium construit.*

IN nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Ego CONRADVS Co-
mes, licet serò, inspiratione diuinæ gratiæ ad pœnitentiam pro-
uocatus, eleemosynis & ceteris pietatis operibus peccata mea redi-
mere statui.....

Cœpi itaque in monte hoc, vbi nullus parentum meorum prius
adorauit Dominum nostrum, domum Domini in honore & veneratione
Apostolorum principis à fundamentis construere.... abs-
que calumnia alicuius hominis, seu Aduocatiæ præter me & succes-
sores meos.....

Quæ omnia vt magis rata essent, acta sunt annuente vxore mea
1083. CLEMENTIA, cum filijs & filiabus nostris, in præsentia domini
Metensis Episcopi Herimanni, anno millesimo octogesimo tertio,
pridie Nonas Iulij.

NOTATIONES.

Huic diplomati appensum est sigillum, equitis armati effi-
giem exprimens, hac inscriptione, CONRADVS Comes de Luce-
cemburch.

Munsteriense cœnobium, à Conrado patre inchoatum, GVI-
LIELMYS filius & in Comitatu Lucelemburgi successor perfecit,
prædiæque ab eodem attributa confirmauit; edito diplomate, ex
quo hæc habe:

Ego Wilhelmus Comes de Lucelemburg cupiens imitari pa-
trem meum Conradum Comitem, & perficere quod ipse incepit
..... huius confirmationis & supradictæ constitutionis nostræ
chartam ego & filius meus Conradus super altare ipsius cœnobij
posuimus.....

Huic diplomati similiter appendet sigillum equitis armati, cum
ista: Sigillum WILHELMI Comitis de Lucelemburch.

CAPVT